

aderat Spiritus Sanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renovaret de die in diem; & gustata requie spirituali in affluentiā deliciarum Dei in spe futuræ beatitudinis, omnia præsentia deliniret aspera, & omnia gravia relevaret. Secari, & uri se homines patiuntur, ut dolores non æterni, sed aliquanto diuturnioris ulceris, acriorum dolorum pretio redimantur. Quibus tempestatibus, vel pænis (1) importuni sunt, mercatores, ut divitias perituras acquirant? Sed qui has non amant, eadem gravia patiuntur; qui vero amant, eadem quidem, sed non gravia patiuntur. Omnia enim sæva, & immania, prorsus facilia, & prope nulla efficit amor: quanto ergo facilius ad veram beatitudinem caritas facit quod ad misere-

(1) P. Nicolajus ex Aug. legit impleti.

CAPUT XII.

(a) **I**n illo tempore abiit Jesus per sabbato; discipuli autem ejus esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. Pharisei autem videntes dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit David, quando esurivit ipse, & qui cum eo erant, quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aur non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo major est hic. Si autem sciiretis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, numquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est Filius hominis etiam sabbati.

(b) Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc sabbatis in foveam, nonne tenebit, & levabit eam? Quanto magis melior est homo ovis? Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati, sicut altera.

(c) Exeuntes autem pharisei, consilium faciebant adversus eum, quomodo perderent eum. Jesus autem sciens, secessit inde, & secuti sunt eum multi: & curavit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent; ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam dicentem: Ecce puer meus, quem ego elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ: ponam spiritum meum super eum, & iudicium Gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus: arundinem quasi fatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet; donec ejiciat ad victoriam iudicium: & in nomine ejus Gentes sperabunt.

(d) Tunc oblatus est ei demonium habens, cæcus, & mutus; & curavit eum, ita ut loqueretur, & videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est Filius David? Pharisei autem audientes dixerunt: Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.

(e) Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum divisum contra se, desolabitur, & omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stabit. Et si satanas satanam ejicit, adversus se divisum est: quomodo ergo stabit regnum ejus?

(f) Et si ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei.

(g) Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem? Et tunc domum illius diripiet.

(h) Qui non est mecum, contra me est; & qui non congregat mecum, spargit.

(i) Ideo

riam, quantum potuit, cupiditas fecit? Hieronymus (super *Sugum meum suave est*). Quomodo etiam levius est lege Evangelium, cum in lege homicidium, & adulterium, in Evangelio ira, concupiscentiaque puniantur? In lege enim multa præcepta sunt, quæ Apostolus non posse compleri, plenissime docet: in lege opera requiruntur; in Evangelio voluntas queritur, quæ effi-
effectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Evangelium ea præcipit quæ possimus, ne scilicet concupiscamus: hoc in nostro arbitrio est; lex cum voluntatem non puniat, punit effectum, ne adulterium facias. Finge in perfectione aliquam virginem prostitutam: hæc apud Evangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur; in lege quasi corrupta repudiatur.

(1) Ideo dico vobis: omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus; spiritus autem blasphemie non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.

(k) Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum; aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis, os loquitur: Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.

(l) Dico unum vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

(m) Tunc responderunt ei quidam de scribis, & pharisæis, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis: Generatio mala, & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

(n) Viri Ninivite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia poenitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plus quam Jonas hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic.

(o) Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, & non invenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & intrantes habitant tibi; & fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit generationi huic pessima.

(p) Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus, & fratres stabant foris, querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, querentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est.

(a) **G**lossa (ord. in princ. cap. 12.) Narrata prædicatione cum miraculis unius anni ante questionem Joannis factis, transit ad ea quæ facta sunt in alio anno, scilicet post mortem Joannis, quando jam in omnibus Christo contradicitur: unde dicitur: *In illo tempore abiit Jesus per sabbato. Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 34.) Hoc autem quod hic sequitur, sine ulla repugnantia questione commemoratur à Marco, & à Luca; sed illi non dicunt: *In illo tempore*: unde falsis Matthæus rei gesta hic ordinem tenuit; illi autem recordationis suæ: nisi latius accipiat, quod dictum est, *In illo tempore*, id est quo hæc multa, & diversa gerebantur: unde concipitur ista omnia post mortem Joannis completa esse. Cum enim Joannes discipulos suos ad Christum misisset, creditur post paululum decollatus fuisse: unde cum dicitur, *In illo tempore*, interminatum tempus ponere videtur, *Chrysostomus* (hom. 40.) Quare autem per sabbato eos ducebat, quia omnia præsevit, nisi quia volebat solvere sabbatum? Volebat quidem, sed non simpliciter; ideoque non sine causa id solvit, sed dans occasionem rationa-

bilem, ut & legem cessare faciat, & legem non offendar: & ideo hic, ut Judæos mitiget, naturæ necessitatem præmittit; & hoc est quod dicitur: *Discipuli autem ejus esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare*. Quamvis in peccatis quæ manifesta sunt, nulla sit excusatio: neque enim occidens, ad sui excusationem potest furorem prætere, neque qui adulterat, concupiscentiam, sed ne ullam aliam causam; hæc tamen famem inducens, discipulos ab omni excusatione liberat. *Hieronymus* (in princ. Com. in cap. 12. Matth.) Ut autem in alio Evangelio legitur, propter nimiam importunitatem, nec vescendi quidem habebant locum; & ideo quasi homines esuriebant. Quod autem segetum spicas manibus confricant, & in eisdem consolantur, vitæ austerioris indicium est, non præparatas epulas, sed simplicem cibum querentium. *Chrysostomus* (ut supra.) Tu autem admire discipulos, qui ita erant oppressi (1) quod nullam corporaliū habebant curam, sed contemnebant carnalem mensam; & fame oppugnabantur, nec tamen desistebant à Christo: nisi enim eos cogeret vehementer esuries; nequaquam hoc fecissent. Quid autem pharisei

S. Thom. Op. Tom. VIII.

(1) Al. & nullam.

(1) Al. & nullam.

D 3

ad hoc dicerent, subditur: *Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis.* *Augustinus* de Operibus Monachorum (cap. 23.) De sabbato autem potius quam de furto discipulos Domini Judæi calumniati sunt: quia populo Israel per legem præceptum est ut in agris suis furem nullum tenerent, nisi qui secum aliquid vellet auferre: nam qui nihil aliud attigisset quam id quod commedisset, liberum, impunitumque abire sinerent. *Hieronymus* (super *Pharisæi autem videntes*). Nota vero, quod primi Apostoli Salvatoris litteram sabbati destruerunt adversus Ebionitas, qui cum ceteros recipiant Apostolos, Paulum tamquam transgressorem legis repudiant. Deinde ad excusationem eorum subditur: *At ille dixit eis: Non legis quid fecerit David, quando esurivit?* Ad confutandam siquidem calumniam pharisæorum veteris recitatur historia, quando David fugiens Saulem, venit in Nobæ, & ab Abimelech sacerdote susceptus postulavit cibos (1. Reg. 21.) qui cum panes laicos non haberet, dedit eis consecratos panes, quibus non licebat vesci, nisi solis sacerdotibus, & levitis: melius arbitratus de famis periculo homines liberare, quam Deo sacrificium offerre: hostia enim Deo placabilis est hominum salus. Opponit ergo Dominus, & dicit: *Si & David sanctus est, & Abimelech pontifex à vobis non reprehenditur, & legis utriusque mandatum probabili excusatione transgressi sunt, & famis in causa est; cur eandem famem non probatis in Apostolis quam probatis in ceteris? Quamquam & in hoc multa distantia sit. Isti spicas in sabbato manu confricant; illi panes comederunt leviticis, & ad sabbati solemnitatem accedebant neomeniarum dies, quibus requisitus in convivio fugit ex aula regia. Chrysostomus* (hom. 40. in Matth.) Excusans autem discipulos, David in medium adducit. Etenim multa Propheta hujus erat gloria apud Judæos. Nec potest responderi, quod David Propheta erat: quia nec propter hoc ei licebat, sed sacerdotibus solis. Tanto autem magis discipulos ab accusatione liberat, quanto major invenitur qui hoc fecit; sed est David Propheta erat, non tamen qui cum ipso erant. *Hieronymus* (super *Non legis*). Observa tamen, quod panes propositionis nec David, nec pueri ejus acceperunt, antequam mundos se à mulieribus esse responderint. *Chrysostomus* (hom. 40. in Matth.) Sed dicit aliquis: Quid est exemplum hoc ad id quod queritur? Non enim David sabbatum transgressus est. Sed in

(1) *Al.* quod aliud exemplum fert sabbato majus. *P. Nicolai* habet quod aliud affert sabbato majus. (2) *Al.* Verum hoc his non sufficit. (3) *Al.* & non solvunt.

hoc offenditur Christi sapientia, (1) qui exemplum fert sabbatis majus. Neque enim est æquale transgredi sabbati diem, quod multotiens factum est, & sacram illam tangere mensam, quod nulli fas erat. Deinde rursus & aliter solvit, principalem inducens solutionem, cum dicit: *Aut non legis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt?* *Hieronymus* (ubi supra.) Ac si diceret: Calumniamini discipulos meos, cur sabbato spicas triverint, famis necessitate cogente, cum ipsi sabbatum violetis in templo immolantes victimas, cadentes tauros, holocausta super lignorum struem incendio concremantes; & juxta alterius Evangelii fidem, circumciditis parvulos in sabbato, ut dum aliam legem servare cupiatis, sabbatum destruat. Numquam autem leges Dei sibi contrariæ sunt; & prudenter, ubi discipuli sui argui poterant transgressionis, & Abimelech, & David dicit exempla sectantes; veram autem, & absque necessitatis obtenta, sabbati pravocationem in ipsos refert qui calumniam fecerant. *Chrysostomus* (hom. 40. ante medium.) Ne autem mihi dicas, quoniam asserit in medium alium peccantem, non est erui ab accusatione: cum enim non accusatur qui fecit, excusatio fit circa id quod factum est. (2) Verum hoc non sufficit; sed quod majus est dixit, quod sine crimine dicit. Vide autem quanta posuit. Locum, ubi dicit, *In templo*; tempus, cum dicit, *Sabbatis*; legis remissionem, cum dicit, *Violant*. (3) & non solum solvunt; & quod non solum liberantur à pena, sed à culpa liberati sunt: unde dicit, *Sine crimine sunt*. Neque autem hoc secundum simile est priori quod dixerat de David: illud enim & semel factum est, & à David non sacerdote, & necessitatis causa fuit; hoc autem secundum singulo sabbato, & à sacerdotibus, & secundum legem. Et ideo non secundum veniam, ut in primo exemplo; sed secundum legem sunt discipuli ab accusatione liberati. Sed numquid discipuli sunt sacerdotes? Immo sunt sacerdotibus majores: ipse enim aderat, qui templi est Dominus, qui veritas est, & non typos: & ideo subditur: *Dico autem vobis, quia templo major est hic.* *Hieronymus* (super *Dico vobis*). Hic non pronomen sed adverbium loci legendum est, quod major, tempus sit locus qui Dominum templi teneat. *Augustinus* de Quæst. Evang. (In Matth. cap. 10.) Notandum autem unum exemplum datum esse regniæ potestatis de David, alterum sacerdotalis de his qui propter ministerium templi sabbata

vio-

violant, ut multo minus ad ipsum evulsarum sabbato spicarum crimen pertineat, qui verus Rex, & verus Sacerdos est. *Chrysostomus* in hom. 40. Deinde, quia grave audientibus videbatur esse quod dixerat, rursus convolat ad misericordiam, sermonem cum quadam vehementia inducens, cum dicit: *Si autem sciretis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium; nunquam condemnassetis innocentes.* *Hieronymus* (super *Si autem sciretis quid est*). Quid autem est *Misericordiam volo, & non sacrificium*, supra diximus. Quod autem dicit, *Nunquam condemnassetis innocentes*, de Apostolis intelligendum est: & est sensus: Si misericordiam comprobassetis Achimelech, eo quod periclitantem fame David refecit; quare meos discipulos condemnatis? *Chrysostomus* (hom. 40. in Matth.) Vide autem rursus qualiter ad veniam ducens sermonem, discipulos rursus venia superiores ostendit in hoc quod dicit eos innocentes; quod quidem supra & de sacerdotibus dixerat. Deinde & aliam causam dicit quare sunt innocentes, dicens: *Dominus est Filius hominis etiam sabbati.* *Remigius*. Filium autem nominis seipsum appellat: & est sensus: Ille quem vos purum hominem putatis: Deus est omnium creaturarum Dominus, & etiam sabbati; & ideo potest legem mutare pro sua voluntate, quia fecit eam. *Augustinus* contra Faustum (Lib. 16. cap. 28.) Discipulos autem suos vellere spicas sabbato non prohibuit, ut inde convinceret & præsentem Judæos, & futuros Manichæos, qui herbam non evellunt, ne homicidium perpetrent. *Hilarius* (can. 12. in princ.) Mystice autem in principio est contuendum, sermonem hunc ita ceptum esse, *In illo tempore*, quo scilicet Deo Patri (1) gratiam, data Gentibus salute, confessus est. Ager autem mundus est, sabbatum otium est, seges: creditorum profectus in messem: (2) ergo sabbato in agrum profectus in legis otio, Domini progressus in hunc mundum est; esurians famis est salutis humana: *Rabbanus* (super *Discipuli tui*). Spicas vellunt dum singulos homines à terrena intentione retrahunt; fricant dum à concupiscentia carnis mentes exuunt; grana comedunt dum emendatos in corpus Ecclesiæ trajiciunt. *Augustinus* de Quæst. Evang. (Lib. 1. quæst. 2.) Nullus autem transit in corpus Christi nisi carnalibus spoliatus fuerit indumentis, secundum illud Apostoli ad Coloss. 3. „Exuite vos veterem hominem.“ *Glossa*. Sabbato hoc agunt, scilicet spe quietis æternæ, ad quam alios invitant. *Rabbanus* (super *Discipuli tui faciunt quod non licet*). Item ambulat per fata cum Domino, qui in Scrip-

turarum meditatione delectantur; esuriunt dum panem vitæ, id est Dei amorem, in eis invenire desiderant; vellunt spicas, & terunt dum testimonia discutiunt, donec inveniant quod latebat in littera; & hoc sabbato, dum à turbidis cogitationibus vacant. *Hilarius* (can. 12. par. à princ.) Pharisei qui penes fe clavam caelorum esse existimabant, illicita agere discipulos arguunt; quos Dominus factorum, in quibus sub rerum argumento prophetiæ ratio continetur, admonuit, atque ut ostenderet omnium rerum efficaciam, speciem futuri operis continere adject: *Si autem sciretis quid est, misericordiam volo*: opus enim salutis nostræ non in sacrificio legis, sed in misericordia est; & lege cessante, in Dei bonitate salvamur. Cujus rei donum si intellexissent, nunquam condemnasset innocentes, id est Apostolos suos, quos insimulaturi erant transgressæ legis invidia, cum sacrificiorum vetustate cessante, universis per eos misericordiæ novitas subveniret.

(b) *Hieronymus* (super *Et interrogabant eum dicentes*). Quia destructionem sabbati, quia discipulos arguebant, probabili exemplo excusaverat, ipsum calumniari voluit, unde dicitur: *Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum.* *Hilarius* (can. 12.). Hæc enim quæ præmissa volo: in campo dicta, gestaque sunt, & post hæc synagogam ingreditur. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 35.) Posset autem putari eodem die factum, & de spicis, & de isto sanato, quoniam & sabbatum hic commemoratur; nisi Lucas aperuisset, alio sabbato factum fuisse. Proinde quod dicit *Matthæus: Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum*, non quidem venit, nisi cum inde transisset, sed post quot dies in synagogam eorum venerit posteaquam à segete illa transit, an recte continuoque illuc jerit, non expressum est, ac per hoc locus datur narrationi Lucæ, qui dicit alio sabbato hujusmodi manum fuisse sanatam. *Hilarius* (can. 12.) Ingresso autem synagogam, hominem aridæ manus offerunt, interrogantes an curare sabbatis liceret, occasionem arguendi eum ex responsione querentes: unde sequitur: *Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum dicentes: Si licet sabbato curare?* *Chrysostomus* (hom. 41.) Non autem interrogant, ut addiscant, sed ut accusent eum: unde sequitur: *Ut accusarent eum*. Quamvis & ipsum opus sufficeret si accusare volebant; sed & per verba volebant captationem invenire, majorem copiam argutionum sibi præparantes.

Hic

(1) *Al.* gratiam datam, *P. Nicolai* legit de data. (2) *Al.* Est ergo.

Hieronymus. Et interrogant, utrum liceat curare sabbatis, ut si non curaverit, crudelitatis, aut imbecillitatis; si curaverit, transgressionis vitio eum accuset. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 35.) Sed potest movere quomodo Matthæus dixerit, quod ipsi interrogaverunt Dominum: *Si licet sabbato curare?* cum Marcus, & Lucas illos potius à Domino interrogatos esse perhibeant, (Luc. 6.)

„ Licet sabbato bene facere, an male? “ Itaque intelligendum, quod illi prius interrogaverunt Dominum: *Si licet sabbato curare?* deinde intelligens cogitationes eorum, aditum accusandi, querentium, constituit in medio illum quem erat sanaturus, & interrogavit quæ Marcus, & Lucas eum interrogasse commemorant; & tunc illis tacentibus, proposuit similitudinem de ove, & conclusit quod licet sabbato benefacere: unde sequitur: *Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habens ovem unam? &c.* *Hieronymus* (super *Ipse dixit eis.*) Ubi sic solvit propositam questionem, ut interrogantes avaritiæ condemnaret. Si vos, inquit, in sabbato ovem, & aliud quodlibet animal in foveam decidens eripere festinatis, non animal, sed vestræ avaritiæ consulentes; quanto magis ego hominem, qui multo melior est ove, debeo liberare? *Rabbanus* (a) (in hoc loco,) Competenti ergo exemplo solvit questionem eorum, ut eos ostendat sabbatum violare in opere cupiditatis, qui eum violare arguant in opere caritatis; legem male interpretantes, qui dicunt in sabbato à bonis feriandum, in quo à malis tantum feriandum est. Unde Levit. 23. „ opus fervile non facietis in eis, “ hoc est peccatum. Sic in æterna requie à malis tantum feriabitur, non à bonis. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 35. à med.) Proposita autem similitudine de ove concludit, quod liceat sabbato benefacere, dicens: *Itaque licet sabbatis benefacere.* *Chrysostomus* (hom. 41. in Matth. post princ.) Intende autem qualiter (1) varias excusationes de solutione sabbati inducit. Sed quia jam insanabiliter ægrotabat, ad opus processit: unde sequitur: *Tunc ait homini, Extende manum tuam: & extendit, & restituta est sanitati, sicut altera.* *Hieronymus* (super *Tunc ait homini.*) In Evangelio quo utuntur Nazaræi, & Ebionitæ (quod (2) nuper in Græcum de Hebraico sermone transfulimus, & quod vocatur à plerisque Matthæi authenticum) homo iste qui aridam habet manum, cæmentarius scribitur, istiusmodi vocibus au-

(1) *Al.* vanæ excusationis. (2) *In* quatuor jam citatis exemplis quæ vidimus desunt hæc verba quod nuper in Græcum de Hebraico sermone transfulimus. (3) *Al.* desit autem.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Immo potius Glossa.

xilium præcans: *Cæmentarius* eram, manibus victum queritans: præcor te, *Jesu*, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos. *Rabbanus* (super *Si licet sabbatis curare.*) Sabbatis autem præcipue docet, & operatur *Jesús* non solum propter spirituale sabbatum, sed etiam propter celebriorem populi conventum, quærens salutem omnium. *Hilarius* (can. 12. in Matth.) Mystice autem post reditum de segete, ex qua jam Apostoli fructus satiationis acceperant, ad synagogam venit, jam illic messis suæ opus paraturus: quia plures postmodum una cum Apostoli exiterunt, qui curabantur. *Hieronymus* (ubi supra.) Usque autem ad adventum Domini Salvatoris arida manus in synagoga Judæorum fuit, & Dei opera non fiebant in ea; postquam autem ille venit in terras, reddita est in Apostolis creditibus dextera, & operi pristino restituta. *Hilarius* (can. 12. inter princ. & med.) Curatio autem omnis in verbo est: & manus sicut altera redditur; id est, similis ministerio Apostolorum in officium dandæ salutis efficitur: docetque phariseos ægre ferre non oportere operationem humane salutis in Apostolis, cum ipsis ad officii ejusdem ministerium manus sit reformanda, si credant. *Rabbanus* (super *Et ecce homo habens manum aridam.*) Vel aliter. Homo qui habebat manum aridam, humanum genus indicat, sterilitate boni operis arefactum per manum ad pomum manifestantem eum, ne per sanavit manus innocens in cruce extensa. Et bene manus in synagoga erat arida: quia ubi majus donum scientiæ, ibi gravior est inexcusabilis noxæ periculum. Sananda autem manus arida jubetur extendi: quia instructuosa debilitas animæ nullo melius ordine quam elemosynarum largitate curatur. Habebat autem homo dexteram manum languidam, quia ab elemosynis torpebat; sinistram sanam, quia suæ utilitati intendebat. Sed veniente Domino, dextra sanatur ut sinistra: quia quod congregaverat avide, modo distribuit caritative.

(c) *Hilarius* (can. 12. in Matth.) Invidia (3) autem facti phariseos commovet: quia contentes hominem in corpore, Deum in operibus non intelligebant: unde dicitur: *Exeuntes autem pharisei consilium faciebant adversus eum, quomodo eum perderent.* *Rabbanus* (super hoc verbo.) *Exeuntes* dicit, quia eorum mens à Domino averfa fuit. Consilium fecerunt quomodo vitam perderent, non quomodo ipsi vitam invenirent. *Hilarius.* Scientes eorum con-

silia fecerunt, ut à consiliis malignantium procul abefferet: unde sequitur: *Jesús autem sciens fecerit inde.* *Hieronymus* (ubi supra.) Sciens, inquam, eorum infidias recessit, ut phariseis contra se occasionem impietatis auferret. *Remigius* (super *Sciens autem Jesus fecerit.*) Si-ve fecerit inde quasi homo fugiens infidias suorum persequentium; sive quia non erat tempus, neque locus patiendi: „ non enim capit „ perire Prophetam extra Hierusalem; “ sicut ipse dicit Luc. 13. Declinavit etiam Dominus odio se persequentes, & pervenit illuc ubi invenit plurimos se per amorem diligentes: unde sequitur: *Et secuti sunt eum multi.* Quem pharisei unanimi consilio perdere querunt, turba indocta unanimi dilectione sequitur: unde mox sui desiderii consequuntur effectum: nam sequitur: *Et curavit eos omnes.* *Hilarius* (can. 12. ante med.) His autem quos curavit, silentium imperavit: unde sequitur: *Et præcepit eis ne manifestum eum facerent:* nam salus unicuique reddita erat sibi ipsi testis. Sed jubendo silentium teneri, & gloriandi de se jactantiam declinat, & nihilominus cognitionem sui præstat in eo ipso, cum (1) admonet de se taceri: quia observatio silentii ex re quæ fit silencia proficiscitur. *Rabbanus* (super *Præcepit eis ne eum manifestarent.*) In hoc etiam nos instruit, ne cum aliquod magni fecerimus, laudem foris quaeramus. *Remigius.* Ideo etiam præcipit ut non manifestarent eum, ne persequentibus ipsum deteriores fierent. *Chrysostomus* in hom. 41. Deinde ut non turberis in his quæ sunt in infania inopinabili phariseorum, inducit Prophetam hoc prædicentem: tanta erat enim Prophetarum diligentia ut neque hoc derelinquerent, sed & vias ejus, & transitus prophetizarent, & intentionem cum qua hoc faciebat; ut discas quoniam omnia à Spiritu Sancto loquebantur: si enim cogitationes hominum impossibile est scire, multo magis Christi intentionem, nisi Spiritus Sanctus revelaret. Sequitur ergo: *Ut impletur, quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem: Ecce puer meus, quem elegi.* *Remigius.* Dominus quidem *Jesús* Christus puer omnipotentis Dei dictus est, non secundum divinitatem, sed secundum assumptionem carnis dispensationem: quia cooperante Spiritu Sancto carnem suscepit ex Virgine absque macula peccati. Quidam libri habent: *Electus, quem elegi.* electus enim fuit à Deo Patre, id est prædestinatus, ut esset Filius Dei proprius, non adoptivus. *Rabbanus* (super hoc loco.) *Quem elegi,* dicit, ad opus quod nemo alius fecit, ut redimeret genus humanum, & paci-

ficaret mundum cum Deo. Sequitur: *Dilectus meus, in quo bene complacuit anime meæ:* quia ipse solus est agnus sine macula peccati; de quo Pater dicit inf. 17. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* *Remigius.* Quod autem dicit, *Anima mea,* non ita intelligendum est quod Deus Pater animam habeat; sed translative anima in Deum ascribitur, ut per eam (3) demonstraretur Dei affectus. Nec mirum si anima translative in Deo dicitur, cum etiam cætera corporis membra ei ascribantur. *Chrysostomus* (hom. 41. in Matth. ante med.) Hoc autem in principio Prophetæ ponit, ut discas quia hoc quod hic dicitur, fuit secundum consilium Patris: dilectus enim secundum consilium ejus qui diligit facit. Sed iterum electus, non ut adversarius solvit legem, neque ut inimicus existens legislator, sed ei concordans. Quia ergo dilectus est, ponam spiritum meum super eum. *Remigius.* Tunc etiam Deus Pater posuit spiritum suum super eum, cum operante Spiritu Sancto suscepit carnem ex Virgine, & mox ut homo factus est, plenitudinem Spiritus Sancti suscepit. *Hieronymus* (super *Ecce puer meus quem elegi.*) Ponitur autem Spiritus Sanctus non super Dei Verbum, sed super Unigenitum, qui de sinu Patris processit, scilicet super eum de quo dictum est: *Ecce puer meus.* Quid autem per ipsum facturus sit, subditur: *Et iudicium gentibus nuntiabit.* *Augustinus* XX. de Civit. Dei (cap. 30.) Quia scilicet iudicium prænuñtiavit futurum, quod Gentibus erat occultum. *Chrysostomus* (hom. 41. in Matth.) Deinde humilitatem ejus manifestans, dicit, *Non contentus;* quia sicut illi placuit oblatum est, & manibus persequentium se ultro obtulit; neque clamabit: quia sicut agnus coram tondeute se obmutuit; neque audiet aliquis in plateis vocem ejus. *Hieronymus* (super *Nec audietur in plateis.*) Lata enim est & spatiosa via quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam; qui multi non audiunt vocem Salvatoris, quia non sunt in arcta via, sed in spatiosa. *Remigius.* Platea namque Græce, Latine latitudo dicitur. In plateis ergo vocem ejus nemo audivit: quia suis dilectoribus non delectabilia in hoc mundo promisit, sed aspera. *Chrysostomus* (hom. 41. ante med.) Volebat autem Dominus per hujusmodi mansuetudinem curare Judæos. Sed licet isti tenuerent, non tamen eis restitit, eos destruendo: unde & ejus virtutem, & illorum imbecillitatem Prophetæ ostendens dicit: *Arundinem quasi fatam non confringet, &* (4) *linum sumigans non extinguet.* *Hieronymus* (super illud, & paci-

S. Thom. Oper. Tom. VIII. pp. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1200. E 3

(1) *Al.* admoneret. (2) *Al.* in infania opinabili (3) *Al.* demonstraretur. (4) *Al.* lignum.

quassatam.) Qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris sui, iste quassatum calammum confringit, & qui modicam scintillam fidei contemnit in parvulis, hic linum extinguit fumigans. *Augustinus* XX. de Civit. Dei (cap. 30.) Unde persecutores Judæos, qui calamo quassato, perditæ integritati, & lino fumanti, amisso lumini, comparati sunt, non contrivit, non extinxit: quia pepercit eis, quod nondum venerat eos judicare, sed iudicari ab eis. *Augustinus* de Quæst. Evang. (Lib. 2. quæst. 3.) In lino etiam fumigante notandum est, quia desertum lumine facit putorem. (a) *Hilarius*, vel in hoc quod dicit: *Arundinem quassatam non confringet*, ostendit quod ita facile erat ei omnes eos frangere, sicut arundinem; & non simpliciter arundinem, sed jam contritam. In hoc autem quod dicit: *Linum fumigans non exstinguet*, demonstrat & illorum furorem accensum, & virtutem Christi potentem ad extinguendum hujusmodi furorem cum omni facultate: unde in hoc multa mansuetudo Christi ostenditur. (b) *Rabbanus*. Vel per hoc quod dicit, arundinem quæ quassata est, non esse contractam, ostendit caduca, & quassata Gentium corpora non fuisse contrita, sed in salutem potius reservata. Per hoc autem quod dicit: *Linum fumigans non exstinguet*, ostendit exiguitatem ignis jam tantum fumigantis in lino non extinctam, idest Israël ex reliquiis veteris gratiæ spiritum non ablatum, quia resumendi totius luminis in tempore penitentiæ sit facultas. *Rabbanus* (c) Vel è converso, arundinem quassatam vocat Judæos, quos à vento agitato, & quasi ab invicem dissipatos, non statim Dominus condemnavit, sed patienter supportavit; linum autem fumigans vocat populum de Gentibus congregatum, qui, extincto naturalis legis ardore, fumi amarissimi, & oculis noxii, tenebrosæque caliginis involvuntur erroribus; quem non solum non extinxit, & redegit in cinerem, sed è contrario de parva scintilla, & pene moriente maxima suscitavit incendia. *Chrysostronus* (hom. 41. in Matth.) Sed posset aliquis dicere: Quid igitur? Semper hæc erunt; & feret usque in finem eos qui sic insidiantur, & insaniunt? Absit; sed cum sua omnia facta erant, tunc & illa operabitur. Et hoc signavit dicens: *Donec acciat ad victoriam judicium*; ac si dicat: Cum ea quæ ex se sunt, omnia compleverit, tunc perfectam ultionem inducet: tunc enim pu-

(1) *Al.* & si. *P. Nicolajus* habet & super.

EX EDIT. P. NICOL. (a) *Chrysostronus* hom. 41. ut supra. (b) *Hilarius* can. 12. ut supra.

(c) Ex Hieronymo mutatus epist. 151. quam *Algasius* scribit quæst. 1.

nientur cum clarum fecerit suam victoriam, ut non relinquatur eis inveterata contradictonis occasio. *Hilarius* (can. 12.) Vel donec acciat ad victoriam judicium: sublata scilicet mortis potestate, iudicium, & claritatis suæ reditum introducat. *Rabbanus* (super *Donec acciat ad victoriam*.) Vel donec illud iudicium quod in eo agebatur, ad victoriam perveniret: quia postquam mortem refurgendo superavit, expulso principe hujus mundi, victor ad regnum rediit in Patris dextera sedens, donec ponat sub pedibus omnes inimicos suos. *Chrysostronus* (hom. 41. in Matth.) Sed non in hoc stabunt ea quæ sunt dispensationis, ut solum puniantur qui non crediderunt; sed & orbem terrarum ad se trahet: unde sequitur: *Et in nomine ejus Gentes sperabunt*. *Augustinus* XX. de Civit. Dei (cap. 30.) Hoc autem ultimum jam videmus impletum: (1) & sic per hoc, quod negari non potest, creditur & illud quod imprudenter à quibusdam negatur, novissimum iudicium, quod ponet in terra, cum venerit ipse de cælo. Quis enim speraret Gentes in Christi nomine speradurum, quando tenebatur, ligabatur, cædebatur, illudebatur, & crucifigebatur; quando & ipsi discipuli spem perdididerant, quam in illo habere jam ceperant? Quod tunc vix unus latro speravit in Cruce, n un sperant Gentes longe lateque diffusæ. Et ne in æternum moriantur, ipsa in qua ille mortuus est cruce signantur. Nullus igitur dubitet per Jesum Christum novissimum futurum esse iudicium. *Remigius*. Sciendum est autem, quia non solum istius loci sensus, sed & multorum aliorum hoc testimonio confirmatur, nam quod dicit, *Ecce puer meus*, ad illum locum refertur ubi dixerat Pater supra 3. *Hic est Filius meus*: quod vero ait, *Ponam spiritum meum super eum*, ad hoc refertur quod Spiritus Sanctus descendit super Dominum baptizatum: quod autem subjungit, *Judicium Gentibus nuntiabit*, refertur ad id quod infra 25. dicitur: *Cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ*: quod autem subdit, *Non contendet, neque clamabit*, ad hoc refertur quod Dominus pauca respondit principi Sacerdotum, & Pilato, Herodi vero nulla: quod vero dicitur, *Arundinem quassatam non confringet*, ad hoc pertinet quod Dominus suos persecutores declinavit, ne fierent deteriores: quod vero dicit, *In nomine ejus Gentes sperabunt*, ad hoc refertur quod ipse dixit infra ult. *Euntes docete omnes Gentes*.

Glof-

(d) *Glossa* (a) Constataverat superius Dominus pharisæos Christi miracula calumniantes, ex hoc quod sabbatum solvere videbatur; sed quia majori nequitia ipsa Christi miracula divina virtute facta pervertebant, attribuentes ea immundo Spiritui, ideo Evangelista præmittit miraculum ex quo blasphemandi occasionem sumperunt, dicens, *Tunc oblatas est ei demonium habens, cæcus, & mutus*. *Remigius*. Quod autem dicit, *Tunc*, ad superiora refertur, quando sanato homine qui habebat manum aridam, exivit de synagoga. Sive quod dicit, *Tunc*, potest referri ad latius, atque prolixius tempus; ut sit sensus: *Tunc* quando hæc, vel illa dicebantur, vel gerebantur. *Chrysostronus* (hom. 41.) Miranda est autem nequitia demonis. Utrumque ingressum oppilavit, per quem ille erat crediturus, scilicet, & auditum, & visum. Sed Christus utrumque aperuit, unde sequitur: *Et curavit eum ita ut loqueretur, & videret*. *Hieronymus*. Tria autem signa simul in uno homine perpetrata sunt: cæcus videt, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed quotidie completur in conversione credentium, ut expulsus dæmone, primum fidei lumen aspiciat, deinde in laudibus Dei tacentia prius ora laxentur. *Hilarius* (can. 12.) Non autem sine ratione cum turbas omnes curatas in communi dixisset, nunc seorsum dæmonium habens, cæcus, & mutus offertur. Oportebat enim ut postquam manus aridæ homo oblatas est, qui in synagoga curabatur, in unius hujusmodi hominis forma Gentium salus ferret: ut qui erat habitatio dæmonii, & cæcus, & mutus, Deo capax pararetur, & Deum contineret in Christo, & Christi opera Dei confessione laudaret. *Augustinus* de Quæst. Evang. (Lib. 2. quæst. 3.) Dæmoniam enim habens, cæcus, & mutus est qui non credit, & subditus est diabolo qui non intelligit, & non constitit ipsam fidem, vel non dat laudem Deo. *Augustinus* de Con. Evan. (Lib. 2. cap. 37.) Hoc autem non isto ordine, sed post multa alia Lucas commemorat, & mutum dicit tantum, & non cæcum. (1) Sed non ex eo quod aliquid tacet, de alio dicere putandus est: ea enim sequentia & ipse contexit quæ *Matthæus*. *Hilarius* (can. 12.) Stupuerunt facti istius omnes turbæ; sed pharisæorum ingravescit invidia: unde sequitur: *Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid iste est filius David?* *Glossa*. Ob misericordiam, & beneficia filium David prædicant.

Rabbanus (hæc habet *Beda* cap. 2. *Lucæ* super id, *In Beelzebub*.) Turbis (2) autem, quæ minus erudite videbantur, Domini semper facta mirantibus, illi contra, vel negare hoc, vel quæ negare nequiverant sinistra interpretatione pervertebant, quasi hæc non divinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent, idest *Beelzebub*, qui Deus erat *Achiron*: unde sequitur: *Parisi autem audientes dixerunt: Hic non ejicit demones nisi in Beelzebub principe demoniorum*. *Remigius*. *Beelzebub* autem, ipse est *Beel*, & *Baal*, & *Beelphegor*. *Beel* fuit pater *Nini* Regis *Assyriorum*; *Baal* dictus est, quia in excessu colebatur; *Beelphegor* à loco, idest à monte *Phega*. *Zebub* servus fuit *Abimelech* filii *Gedonis*, qui occisis septuaginta fratribus ædificavit templum *Baal*, & constituit eum sacerdotem in ipso ad abigendas muscas, quæ ibi contrebantur, propter nimium cruorem victimarum: *Zebub* namque musca dicitur. *Beelzebub* ergo vir muscarum interpretatur: unde propter spurcissimum ritum colendi dicebant eum esse principem demoniorum. Nihil ergo fordidius invenientes quod Domino objicerent, dicebant (3) eum in *Beelzebub* ejicere dæmonia. Et sciendum quod non est legendum per *d*, vel *t*, in fine, ut quædam mendosa exemplaria habent, sed per *u*.

(e) *Hieronymus* (super *Jesum autem sciens*.) *Pharisæi* opera Dei principi dæmoniorum deputabant; quibus Dominus non ad dicta, sed ad cogitata respondit, ut vel sic compellerentur credere potentie ejus qui cordis videbat occulta: unde dicitur: *Jesum autem sciens cogitationes eorum, dixit eis*. *Chrysostronus* (hom. 42.) Superius quidem & de hoc Christum accusaverant, quia in *Beelzebub* ejiceret dæmonia; sed tunc quidem eos non increpavit, concedens eis & à pluribus signis cognoscere ejus virtutem, & à doctina discere ejus magnitudinem. Sed quia permanebant eadem dicentes, jam increpat eos; quamvis eorum accusatio valde irrationabilis esset. *Invidia* autem non querit quid dicat, sed solum ut dicat. Neque tamen Christus eos contemnit, sed respondet cum decenti mansuetudine, docens nos mites esse inimicis, & non turbari, etiam si talia dicant quæ nos in nobis non recognoscimus, neque habeant aliquam rationem. In quo etiam ostendit mendacia esse quæ ab ipsis sunt dicta: neque enim est dæmonium habentis, tantam ostendere mansuetudinem, & cogitationes scire. Et quia valde irrationabilis erat eorum suspicio, & multitudinem timebant, non audebant

(1) *Al.* Sed etiam. (2) *Al.* turbæ autem, & infra mirantes. (3) *Al.* enim. EX EDIT. P. NICOL. (a) Nec in *Glossa* quæ nunc extat est, nec in *Anselmo*, vel alibi occurrit.

bant publicare Christi accusationem, sed in mente volebant: propter quod dicit, *Sciens cogitationes eorum*. Ipse autem accusationem quidem in respondendo non ponit, neque divulgare eorum nequitiam; solutionem autem inducit: studium enim ejus erat prodesse peccantibus, non publicare. Non autem respondet eis à Scripturis, quia non attenderent aliter exponentes; sed à communibus opinionibus: non enim ita exteriora prælia corrumpunt, sicut ea (1) quæ interiora: hoc enim fit in corporibus, & in omnibus rebus: sed interim à magis cognitis exempla ducit, dicens: *Omne regnum contra se divisum desolabitur*. Nihil enim est in terra regno potentius; sed tamen per altercationem perit. Quid autem dicendum est de civitate, vel de domo? Sive magnum, sive parvum fuerit, contra seipsum pugnant perit. *Hilarius* (can. 12. in Matth.) Unde domus, & civitatis eadem est hic ratio quæ est regni: propter quod sequitur: *Et omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stabit*. *Hieronymus* (super *Si Satanas Satanam ejicit*) Quomodo enim concordia parvæ res crescunt, sic discordia maximæ dilabuntur. *Hilarius* (can. 12.) Sermo autem Dei dives est, & vel simpliciter intellectus, vel inspectus interiori, ad omnem profectum est necessarius. Relictis ergo his quæ ad communem intelligentiam patent, causis interioribus immoventur. Respondurus enim Dominus ad id quod de Beelzebub dictum erat, in ipsos quibus respondebat, responsionis conditionem retorsit: lex enim à Deo est, & regni Israel pollicitatio ex lege est: si regnum legis contra se dividitur, dissolvatur necesse est; & sic Israel amisit legem, quando impletionem legis in Christo plebs impugnat. Sed civitas hie Hierusalem indicatur, quæ postquam in Dominum suum furore plebis exarsit, & Apostolos ejus cum credentium turbis fugavit, post divisionem non stabit; atque ita (quod per hanc divisionem mox consecutum est) civitatis illius denuntiatur excidium. Deinde assumit: *Et si Satanas Satanam ejicit, adversus se divisus est: quomodo ergo stabit regnum ejus*. *Hieronymus* (ubi supra) Ac si diceret: Si satanas pugnat contra se, & dæmon inimicus est dæmoni, deberet jam mundi venire consummatio: nec habent in eo locum adversariæ potestates, quantum inter se bellum pax hominum est. *Glossa* (ordinaria, super *Regnum in se divisum*) Necessaria ergo complexione eos arguit. Vel enim Christus in virtute Dei dæmones ejicit, vel in principe dæmoniorum. Si in virtute Dei, frust-

(1) Al. quæ sunt contribulium. (2) Al. inesse. (3) Al. deludant. (4) Al. omittitur eorum.
(5) Al. ergo. (6) Al. verecundam habent.

tra calumniantur; si in principe dæmoniorum, regnum ejus divisum est, nec stabit; & ideo à regno ejus recedant; quod innuit sibi eos elegerisse, dum in se non credunt. *Chrysostronus* (hom. 42. aliq. à princ.) Vel sic. Si divisus est, imbecillior factus est, & perit: si autem perit, qualiter potest alium projicere? *Hilarius* (can. 12. paulum ante med.) Vel aliter. Si ad divisionem suam coactus est dæmon, ut dæmones perturbaret; hinc quoque æstimandum est plus in eo qui divisit, quam in his qui divisi sunt, (2) esse virtutis: ergo regnum diaboli, divisione facta, à Christo est dissolutum. *Hieronymus* (super id, *Si Satanas Satanam ejicit*) Si autem putatis, o scribæ, & pharisæi, quod recessio dæmonum obedientia sit in principem suum, ut homines ignorantes fraudulenta simulatione (3) deludantur; quid potestis dicere de corporum sanitatibus quas Dominus perpetravit? Aliud est, si membrorum quoque debilitates, & spiritualium virtutum insignia dæmonibus assignatis.

(f) *Chrysostronus* (hom. 42.) Post primam solutionem, venit ad secundam primam manifestiorem, dicens: *Et si ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii vestri in quo ejiciant? Ideo ipsi judices vestri erunt*. *Hieronymus* (super *Si ego in Beelzebub*) Filios Judæorum, vel exorcistas gentis illius, ex more signat, vel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas, qui ad invocationem Dei ejiciebant dæmones, coarctat pharisæos interrogatione prudenti, ut consteantur Spiritus Sancti esse opus (4) eorum. Quod si expulso, inquit, dæmonem in filiis vestris Deo, non dæmonibus deputatur; quare in me idem opus non eadem habeat & causam? Ergo ipsi vestri judices erunt non potestate, sed comparatione; dum illi expulsionem dæmonum Deo assignant, vos principi dæmoniorum. Sin autem & de Apostolis dictum est quod & magis intelligere debemus) ipsi erunt judices eorum: quia sedebunt in duodecim sedibus, judicantes duodecim tribus Israel. *Hilarius* (can. 12.) Idcirco autem digne judices sunt in eos constituti, quibus id dedisse Christus adversus dæmones potestatis reperitur quod ipse est negatus habuisse. *Rabbanus*. Vel quia Apostoli bene sibi consilii erant, nihil malæ artis se ab eo didicisse. *Chrysostronus* (hom. 42.) Non (5) autem dixit, Discipuli mei, neque Apostoli, *Sed Filii vestri*: ut si quidem voluerint reverti ad illorum dignitatem, multam hinc accipiant occasionem; si autem ingrati fuerint, neque (6) in verecundam habeant excusationem.

Eji-

Ejiciebant autem Apostoli dæmones, quia acceperant potestatem ab ipso; & tamen nihil eos incusabant: non enim rebus, sed personæ Christi adverbantur. Volens igitur monstrare quoniam invidia erant quæ dicebantur de ipso, Apostolos in medium ducit. Rursus autem ad sui cognitionem inducit eos, demonstrans quoniam propriis adverbantur bonis, & contrariantur suæ salutis, cum deceret eos lætari, quod magna bona illis adveniret donaturus: unde sequitur: *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei*. Per hoc autem demonstrat quod magnæ virtutis opus est dæmones ejicere, & non cujuslibet gratia. Et ob hoc quidem syllogizat dicens: *Ergo pervenit in vos regnum Dei*; ac si dicat: Si hoc est, profecto Filius Dei advenit. Hoc autem obumbrate dicit, ut non illis sit grave. Deinde ut illos alliciat, non dixit simpliciter, *Pervenit regnum*; sed in vos; quasi dicat: Vobis veniunt bona: propter quid vestram impugnatam salutem? Hoc enim est signum à Prophetis traditum præsentie Filii Dei, tanta fieri potestate divina. *Hieronymus* (super *Igitur pervenit*) Regnum enim Dei seipsum signat, de quo in alio loco scriptum est (Luc. 17.) „Regnum Dei intra vos est:“ & Joann. 1. „Mecum, dius stat intra vos quem nescitis.“ Vel certe illud regnum quod & Joannes, & ipse Dominus prædicaverant supra 1. 3. & 4. *Pœnitentiam agite; appropinquabit enim Regnum Cælorum*. Est & tertium regnum Scripturæ Sanctæ, quod auferetur à Judæis, & tradetur Genti facienti fructus ejus. *Hilarius* (can. 12.) Si ergo discipuli operantur per Christum, & ex spiritu Dei Christus operatur, adest Regnum Dei jam in Apostolos mediatoris officio transfusum. (a) Diminutio etiam regni diaboli, est augmentatio Regni Dei. *Augustinus* de Quæst. Evang. (Lib. 1. q. 5.) Unde potest etiam hic esse sensus: *Si ego in Beelzebub ejicio dæmones*, etiam secundum vestram sententiam, *pervenit in vos Regnum Dei*: quia regnum diaboli stare non potest, quem adversum se divisum fatemini. Regnum enim Dei nunc dixit quo damnantur impii, & à fidelibus de peccatis suis pœnitentiam nunc agentibus feceruntur.

(g) *Chrysostronus* (hom. 42.) Posita secunda solutione, inducit & tertiam: dicens: *Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis? Quod enim non potest satanas fatanam ejicere, manifestum ex dictis est*. Sed quoniam neque alius potest eum ejicere, nisi prius eum sus-

S. Thom. Oper. Tom. VIII.

(1) Al. cum manifestiori. (2) Al. qui in. (3) Al. non obtinendo.

Ex edit. P. NICOL. (a) *Glossa*, vel potius Anselmus, pro quo citari *Glossa* solet; sed loco utriusque prius ista confundebantur cum Hilarii verbis, quasi ex illo essent.

peraverit, omnibus est manifestum. Constituitur ergo quod & antea (1) ex manifestiori abundantia: dicit enim: *Tantum abisso ab hoc quod utar diabolo coadjutore, quod præler cum eo, & ligem eum; & hujusmodi conjectura est quod vasa ejus diripio*. Et sic contrarium ejus quod illi tentabant dicere, demonstrat. Illi enim volebant ostendere quod non propria virtute ejicit dæmones; ipse autem ostendit quod non solum dæmones, sed & eorum principem ligavit; quod manifestum est ab his quæ facta sunt. Qualiter enim principe non victo hi qui subjacent dæmones direpti sunt? Hoc autem mihi propheta videtur esse, quod dicitur: *non enim solum dæmones ejicit, sed & errorem universi orbis terrarum abiger, & machinationem diaboli dissolvit: & non dixit Rapiet, sed Diripiet*, ostendens quod hoc cum potestate fiat. *Hieronymus* (super *Aut quomodo potest quisquam*) Domus illius mundus est, (2) in maligno positus, non creatoris dignitate, sed magnitudine delinquentis. Alligatus est fortis, & religatus in tartarum, & Domini pede contritus. Non autem debemus esse securi: adversarius nosse fortis victoris quoque vocibus comprobatur. *Chr. Chrysostronus* (hom. 42. in Matth. à med.) Fortem autem eum vocat, antiquam ejus ostendens tyrannidem, quæ ex nostra desidia orta est. *Augustinus* de Quæst. Evang. (Lib. 1. quæst. v.) Quos scilicet ipse tenebat, nec possent viribus suis ab illo se homines erucere, sed per gratiam Dei. Vasa ejus dicit omnes infideles. Alligavit autem fortem, quia potestatem illi ademisse impediendi voluntatem fidelium à sequendo Christum, & (3) obtinendo Regno Dei. *Rabbanus*. Domum ergo ejus diripuit: quia ereptos à diaboli laqueis eos quos suos esse prævidit, Ecclesiæ adunavit: vel quia omnes mundi partes Apostolis, & eorum successores convertentem distribuit. Ostendit igitur per manifestam parabolam dicens, quia non concordant in fallaci operatione cum dæmonibus, ut calumniabantur; sed virtute divinitatis homines à dæmonibus liberavit.

(h) *Chrysostronus* (hom. 42. à med.) Posita tertia solutione, hic ponit quartam, dicens: *Qui non est mecum, contra me est*. *Hilarius* (can. 12. parum à med.) In quo ostendit longe à se esse ut aliquid à diabolo mutuatum, sit potestatis: & ex hoc ingentis periculi res intelligitur male de eo opinari cum quo non esse, idipsum est quod contra esse. *Hieronymus*. (super *Qui non est*

F 3

mecum.) Non tamen putet hoc quisquam de hæreticis dictum, & schismaticis; quamquam & ita ex superfluo posset intelligi; sed ex consequentibus, textuque sermonis ad diabolum refertur, eo quod non possint opera Salvatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captivas, Dominus liberare; ille prædicat illa, hic unius Dei notitiam; ille trahit ad vitia, hic revocat ad virtutes. Quomodo ergo possunt inter se habere concordiam quorundam opera sunt diversa? *Chrysostr. (hom. 42. parum à med.)* Qui ergo non mecum congregat, neque mecum est, non erit mihi comparandus, ut mecum demones ejiciat: sed magis desiderat quæ mea sunt spargere. Sed dic mihi: Si oportuerit cum aliquo præliari: qui non vult tibi auxiliari, hoc ipso non est adversum te? Ipse etiam Dominus alio loco dixit (Luc. 9.). Qui non est adversum vos, pro vobis est. Sed non est contrarium hoc quod hic dicitur. Hic enim loquitur de diabolo adversario existente, ibi autem de homine qui in parte erat cum eis, de quo dictum erat (ibid.), Vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem demonia. Videtur autem Judæos hic occulte, insinuarè, cum diabolo stans eos: ipsi enim adversus eum erant, & spargebant quæ ipse congregabat. Sed & decens est credere hoc de seipso dixisse: quia adversus diabolum erat, & quæ illius sunt dispergebat.

(1) *Chrysostr. (homil. 62.)* Quia Dominus pharisæis excusando respondebat, jam eos terret. Est enim hoc correctionis non parva pars, non solum excusando respondere, sed (1) & comminari. *Hilarius (can. 12. parum à medio.)* Phariseorum enim sententiam, & eorum qui ita cum his sentiunt, perveritatem severissima diffinitione condemnat, peccatorum omnium veniam promittens, & blasphemiam spiritus indulgentiam abnegans: *Ideo dico vobis: omne peccatum, & blasphemiam remittetur hominibus.* Remigius. Sciendum est tamen, quod non passim quibuscumque dimittantur; sed illis qui pro suis reatibus dignam poenitentiam egerint. Destruitur autem his verbis error Novatiani, qui dicebat, quod fideles post lapsum per poenitentiam non possunt furgere, neque peccatorum suorum veniam promereri; maxime illi qui in persecutione positi negabant.

Sequitur: *Spiritus autem blasphemiam non remittetur.* *Augustinus de Ver. Dom. (ser. 2.)* Quid enim interest ad rem utrum dicatur, *Spiritus blasphemiam non remittetur*, an dicatur, *Qui blasphemaverit in Spiritum Sanctum non ei remittetur*, ut Lucas dicit cap. 11. nisi forte

quod eadem sententia apertius isto modo quam illo dicitur; & alium Evangelium non destruit alius, sed exponit? Spiritus enim blasphemiam clausè dictam est, quia non est expressum, cuius spiritus; & ideo ad hujusmodi expositionem subditur: *Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei.* Ideo post universalem commemorationem omnis blasphemiam, eminentius voluit exprimere blasphemiam quæ dicitur contra Filium hominis, quam in Evangelio secundum Joannem (2) valde gravem offendit, ubi (cap. 16.) ait de Spiritu Sancto: Ille arguet mundum de peccato, de justitia, & de judicio: de peccato quidem, quia non credunt in me. Sequitur: *Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum verbum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Non ergo hoc dicitur propterea quia in Trinitate major est Filio Spiritus Sanctus, quod nullus umquam vel hæreticus dixit. *Hilarius (can. 12. post medium.)* Quid autem tam extra veniam est quam in Christo negare quod Dei est, & consistentem in eo paterni spiritus substantiam adimere, cum in spiritu Dei omne opus consummet, & in eo Deus, sit mundum reconcilians sibi? *Heronymus (super quicumque dixerit verbum.)* Vel ita locus iste est intelligendus. Qui verbum dixerit contra Filium hominis, scandalizatus carne mea, & me hominem tantum arbitrans; talis opinio, atque blasphemiam quamquam culpa non careat erroris, tamen habet veniam propter corporis (3) vilitatem. Qui autem manifeste intelligens opera Dei, cum Dei virtutem negare non possit, eadem calumniatur stimulat invidia, & Christum Dei Verbum, & opera Spiritus Sancti dicit esse Beelzebub, isti non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro. *Augustinus de Ver. Dom. (ser. 11.)* Sed si hoc propterea dictum esset, profecto de omni blasphemiam taceretur, & hæc sola remissibilis videretur quæ contra Filium hominis dicitur, quasi cum homo solum putatur. Cum vero præmissum sit, *Omne peccatum, & blasphemiam remittetur hominibus*; proculdubio & illa blasphemiam quæ contra Patrem dicitur, ista generalitate concluditur; & tamen hæc sola irremissibilis diffinitur quæ dicitur contra Spiritum Sanctum. Numquid nam & Pater formam servi accepit, quasi sit major Spiritus Sanctus? Quis etiam non convincitur dixisse verbum contra Spiritum Sanctum antequam Christianus, vel catholicus fieret? Primo ipsi Paganis, cum dicunt Christum magicis artibus fecisse miracula, nonne similes sunt his qui dixerunt eum in principi

(1) *Al.* & contrariari. (2) *Al.* valde grave offendit esse peccatum. (3) *Al.* utilitatem.

pe dæmoniorum eiecisse dæmonia? Judæi etiam, & quicumque hæretici qui Spiritum Sanctum confitentur, sed negant eum esse in corpore Christi, quod est Ecclesia catholica, similes sunt pharisæis, qui negabant (1) Spiritum Sanctum esse in Christo. Quidam etiam hæretici ipsum Spiritum Sanctum vel creaturam esse contendunt, sicut Arriani, Eunomiani, & Macedoniani; vel eum profus ita negant ut Deum negent esse Trinitatem, sed solum Patrem esse Deum asseverant, & ipsum aliquando vocari Filium, aliquando Spiritum Sanctum, sicut Sabelliani. (2) Photiniani quoque Patrem solum esse dicentes Deum, Filium vero non nisi hominem; negant omnino tertiam esse personam Spiritum Sanctum. Manifestum est igitur, à Paganis, Judæis, & hæreticis blasphemari Spiritum Sanctum. Numquid ergo deserendi sunt, & sine ulla spe deputandi? Quibus si non est dimissum verbum quod dixerunt contra Spiritum Sanctum, inaniter eis promittitur quod in baptismo, sive in Ecclesia remissionem accipiant peccatorum. Non enim dictum est, Non remittetur ei in baptismo; sed *Neque in hoc sæculo, neque in futuro*; & sic illi soli estimandi sunt ab hujusmodi gravissimis peccati reatu liberi qui ab infantia sunt catholici. Nonnullis autem videtur eos tantummodo peccare in Spiritum Sanctum qui lavato regenerationis abluti in Ecclesia, & accepto Spiritu Sancto, velut tanto postea dono Salvatoris ingrati, mortifero peccato se immerferunt; qualia sunt vel adulteria, vel homicidia, vel ipsa discessio à nomine christiano, sive catholice Ecclesie. Sed iste sensus unde probari possit ignoro; cum & poenitentiam quoruncumque criminum locus in Ecclesia non negetur, & ipsos hæreticos ad hoc utique corripendos dicat Apostolus, 2. Timoth. 2., ne forte det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem. Postremo non ait Dominus: Qui fidelis catholicus dixerit verbum contra Spiritum Sanctum; sed *Qui dixerit*, hoc est, quicumque dixerit, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. *Augustinus de Ser. Domini in monte (Lib. 1. cap. 43. & 44.)* Vel aliter dicit Joannes Apostolus (1. Joan. 5.) *Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, ut roget quis. Peccatum autem fratris ad mortem dico esse, cum post Dei agnitionem per gratiam Domini nostri Jesu Christi quisquam oppugnat fraternitatem, aut adversus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, invidiam facibus agitatur.* Hujus peccati tanta labe est ut deprecandi humilitatem subire non possit,

etiam si peccatum suum mala conscientia & agnoscere, & annuntiare cogatur. (3) Quam mentis affectionem propter peccati magnitudinem jam de damnatione aliquos habere credendum est; & hoc fortasse est peccare in Spiritum Sanctum; id est, per malitiam, & invidiam, fratrem impugnatè caritatem, post acceptam gratiam Spiritus Sancti; quod peccatum Dominus neque hic, neque in futuro sæculo dimittere dicit. Unde queri potest utrum in Spiritum Sanctum Judæi peccaverint quando dixerunt, quod in Beelzebub principe dæmoniorum Dominus dæmonia expellebat. Utrum enim hoc in ipsum Dominum dictum accipiamus, quia de se dicit alio loco (supra 10.) *Si patrem familias Beelzebub vocaverint, quanto magis domesticos ejus?* An quoniam de magna invidiam dixerant, ingratum tam præsentibus beneficiis, quamvis nondum Christiani fuerint, (4) tamen propter ipsam invidiam dixerunt contra Spiritum Sanctum peccasse credendi sunt? Nom enim hoc colligitur de verbis Domini. Videri tamen potest adhuc eos monuisse, ut accedant ad gratiam, & post acceptam gratiam non ita peccent ut nunc peccaverint. Nunc enim in Filium hominis dixerunt verbum nequam; & potest eis dimitti, si conversi fuerint, & ei crediderint. Si autem postquam Spiritum Sanctum acceperint, fraternitatem invidere, & gratiam quam (5) acceperunt, oppugnatè voluerint; non eis dimittitur neque in hoc sæculo, neque in futuro. Nan si eos sic haberet condemnatos ut nulla spes reliqua illis esset, non adhuc monendo indicaret, cum addidit dicens: *Aut facite arborem bonam &c.* *Augustinus in Lib. Retract. (Lib. 1. cap. 19.)* Hoc autem non confirmavi, quia hoc putare me dixi; sed tamen addendum fuit: Si in hac tam scelerata mentis perversitate finierit hanc vitam: quoniam de quocumque pessimo in hac vita constituto non est utique desperandum; nec pro illo imprudenter oratur de quo non desperatur. *Augustinus de Ver. Dom. (ser. 2.)* Est autem magnum secretum hujus questionis. Lumen ergo expositionis à Domino queratur. Dico autem caritati vestræ, forte in omnibus Scripturis Sanctis nulla major questio, nulla difficilior invenitur. Prius ergo ut advertatis admoneo, non dixisse Dominum, Omnis blasphemiam spiritus non remittetur; neque dixisse, Qui dixerit quodcumque verbum contra Spiritum Sanctum; sed *Qui dixerit verbum.* Quapropter non est necesse ut omnem blasphemiam, & omne verbum quod dicitur contra Spiritum Sanctum, remissionem quisquam existimet.

(1) *Al.* spiritum esse in Christo. (2) *Al.* Phormiani. (3) *Quis, & infra* credendus. (4) *Al.* non propter. (5) *Al.* acceperat.